Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



48

Domelia uenerabilis bede prbi de eadē lect.

Demoniacus iste apud matheū non solū mutus sed et cecus fuisse narratur. curatusq; dicit adnō. ita ut loqueretur et uideret. Tria generalia signa simul in uno homine ꝓpetrata sunt. cecus uidet. mutus loquitur. possessus demone liberatur. Quod et tunc quidē carnaliter factū est. sed et cotidie completur in conuersatione credentiū. ut expulso primū demone. fidei lumen aspiciant. de inde ad laudes dī. tacentia prius ora laxentur. Iudā aūt exeis dixerūt. In belzebub principe demoniōꝝ eicit demonia. Non hoc aliq̄ de turba. sed pharisei calumniabantur et scribe. sic alii euangelistē testantur. Turbis quippe. quē minus eruditē uidebantur. semp dni facta mirantibus. illi contra uel negantes hec. uel quē negare nequiuerant sinistra interptatione peuertere laborabant. quasi hec non diuinitatis sed in mundi spis opera fuissent. idest belzebub. qui ds erat accaron. Hā bel quidē ipse ē baal. zebub aūt musca uocatur. Nec iuxta quedā mendosa exemplaria. uel. l. littera. uel. d. in fine ē nominis legenda. sed. B. Belzebub ergo baal muscarū. idē uir muscarū. siue habens muscas interptatur. obsordes uidelicet immolaticii cruoris. ex cuius spurcissimo ritu uel nomine. principē demoniorū cognominabant. Et alii temptantes. signū de celo querebant abeo. Vel in morē helie. ignē de sublimi uenire cupiebant. uel in similitudinē samuelis. tempore estiuo mugire tonitrua. coruscare fulgura. imbres ruere. quasi non possint et illa calumniari et dicere. ex occultis et uarisaeris passionib̄ accidisse. At tu qui calumniaris eaquē oculis uides. manu